ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 64r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quia tunc placentē dō abstinentiā offerunt. cum ea que
sibi de alimentis subtrahunt indigentib⁹ largiuntur. So
lerter namq; audiendum ē quod ꝑ propheta dn̄s redarguit
dicens. Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & in septimo
mense ꝑ hos septuaginta annos. numquid ieiuniū ieiunastis
mihi. & cum comeditis & cum bibitis. numquid non uobis
comeditis & uobis metipsis bibitis. Non enim dō sed sibi
quisq; ieiunat. si ea que uentri ad tempus subtrahit. non
in opibus tribuit sed uentri post modum offerenda custodit;
itaq; ne aut illos appetitus gule a mentis statu deiciat.
aut istos afflicta caro ex elatione subplantet. Audiant
illi ex ore ueritatis; Attendite autē uobis ne forte grauentur — secdm lucā
corda ur̄a in crapula & ebrietate & curis huius mundi. Ubi
utilis quoq; pauor adiungitur. ne supueniat in uos repenti
na dies illa. tamquā laqueus enī supueniet in omnes qui se
dent supfaciem omnis terre. Audiant isti. non quod — secdm math.
intrat in os coinquinat hominē. sed qd̄ procedit ex ore ū
hoc coinquinat hominem. Audiant illi esca uentri & uentr̄
escis. Ds̄ autē & hunc & hanc destruit. Et rursum. n̄ in com
messationib⁹ & ebrietatib⁹. & rursum. esca nos non cōmendat
dō. Audiant isti quia omnia munda mundis. coinquinatis — ad corinth.
autem & infidelib⁹ nihil ē mundum. Audiant illi quorū
ds̄ uenter ē & gloria in confusione ipsorum. Audiant isti — ad romanos.
discedent quidd̄ a fide. & paulo post ꝓhibentium nubere. — ad tim.